





Kern 86  
(1-54; a-g)



(39)

# CONSPECTVS LABORVM

QVOS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE HIBERNVM

IN  
STVDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM  
IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO  
IOANNE IOACHIMO LANGE,

MATHESEOS ET PHILOSOPHIAE PROFESSORE PVBL. ORDINARIO,  
ACADEM. CAESAR. NATVR. CVRIOS. ET REGIAE BEROLINENS. SCIENT. SODALI



P. P. D. XXVII. SEPT. MDCCLX.



HALAE MAGDEBVRG. LITTERIS HENDELIANIS.





ostquam hostium turmae ab vrbe nostra, quam per aliquot hebdomadas tenuerunt, ita tamen, vt, quae Dei est gratia, nemini ciuim nostrorum molesti fuerint, tandem aliquando discessere; nostrarum partium esse ducimus, sine vlla interpolata mora, eas lectiones significare, quibus, auxiliante summo Numine, per instans semestre hibernum vacaturi sumus. Cum vero lectiones, quibus per aestatem operam nostram addiximus, propter crebriores conuentus, boni publici causa hucusque actos, aliasque curbas, quas hostium praesentia dare solet, saepe interruptas, intra praefixarum partium finem perducere non possimus; constitutum est communi Senatus academici suffragio, nouarum initium vsque ad diem III. Nouembris a. c. differre, vt interea temporis, quae ex pristinis supersunt, commode expediri queant. Faxit vero supremus rerum humanarum arbiter, vt, pace toti Germaniae mox reddita, omnimoda inopsterum tranquillitate perfruamur!

LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS,  
AC  
PROFESSORIS MATHESIOS ET PHYSICES PRIMARI.



IOANNES IOACHIMVS LANGIVS publice h. IV. *Mathesin puram*; priuatim hor. II. *Mathesin applicatam*, & hor. I. *Physicam dogmatico-experimentaltem* docebit. Die saturni horis II. ad IV. *Historiam naturalem* explicabit.

IO. ERN. FLOERCKE, quia nondum ad penates redire contigit, vt maxime de lectionibus academicis habendis cogit, certam tamen illarum spem nondum facere potest.

IO. ANDR. DE SEGNER Publice hora XI. perget in explicatione Calculi Differentialis, cuius pars prior, typis exscripta, iam prostat, altera mox excuderetur. Priuatim hora II. Elementa Matheseos, Arithmeticae & Geometriae, denuo percurreret; ac hora X. tradet Algebrae.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS institutiones pastorales tradet, & in paraeneticis posterioris epistolae ad Timotheum, in asceticis vero Psalms nonnullorum tractationem continuabit.

CHRI.



CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora IX. sanctam Apocalypsin Ioanneam, & hac absoluta, Euangelium Matthaei ac Marci, ex Graecis; horaque XI. Prophetias Esaiæ ac Ieremiae ex Ebraeis fontibus explanabit.

IO. GEORG. KNAPP, alteram Theologiae dogmaticae partem explicabit. Perget praeterea in enarranda *historia ecclesiastica N. T.* Die Domini vero h. V. continuabit *ascotum* oraculorum sacrorum tractationem.

IO. SALOM. SEMLER perget 1) in tractatione dogmatica; 2) accedet ad theol. polemicae partem secundam; 3) continuabit lectiones exegeticas in epist. ad Galatas, cui forte addet in epist. ad *Ephes.* 4) praelectiones theol. morales.

## I V R I D I C A E.

IO. TOBIAS CARRACH, obses adhuc & extorris, lectionum, quibus Musis Halensibus inferuire auer, publicationem vsque ad reditum differre cogitur.

DANIEL NETTELBLADT tradet hora IX-X. *ius canonicum*, duce SCHMIDIO, Hora X-XI. & II-III. enarrabit *ius Digestorum*, secundum SCHAVMBVRGII compendium. *Ius publicum* secundum PÜTTERI elementa iuris publici, quorum noua editio hoc anno prodit, docebit hora XI-XII. Praeterea scholas *iuris naturae* hora III-IV. continuabit.

PHIL. IAC. HEISLER horis VIII-IX. X-XI. & II-III. b. LVDOVICI doctrinam *Pandectarum* rursus explicabit; hora IX-X. vero b. ENGAVII *elementa iuris canonico-pontificio-ecclesiastici* tradet, post festa natalitia DOMINI alteram horam DD. Auditoribus commodam additurus.

GEORG. SAM. MADIHN per semestre hibernum vacabit lectionibus, I) *Iuris naturae*, II) *Iuris Digestorum* atque III) *Institutionum iuris ciuili* Diui IUSTINIANI. Horas cuilibet negotio impendendas consueto tempore ex tabula publica significabit.

## M E D I C A E.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis* in *praelectionibus*, diebus ac horis hactenus consuetis, commentabitur in *Ioann Bernh. de FISCHER* Tractatum de *Senio eiusque morbis*. *Privatim* hora VIII. ad IX. *simplicium medicamentorum*, ex tribus, quae vocant, *Naturae regnis defunctorum, facultates & usum* explanabit; hora X. ad XI. doctrinam de Signis morborum, tam diagnosticis, quam prognosticis, ad ductum *Fundamentorum* suorum *Semiologiae medicae*, tradet; hora vero XII. ad XII. *vires atque usum compositorum medicamentorum*, iuxta auctas b. SCHVLZII *Praelectiones in Dispensatorio Borusso-Brandenburgicum*, exponet, horumque laborum initium d. III. Nouembr. b. c. D. faciet.

FRIDERICVS HOFFMANN *publice* hora IX-X. physiologiam; *privatim* vero hora X-XI. materiam medicam, praeleget.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER, ad finem perductis Physiologiae & Pathologiae institutionibus, *publice* in Celeb. LVWIGII *Semiotica* physiologicam & diaeticam commentabitur. *Privato* studio Auditoribus suis inferuet in *Anatomicis, horisque consuetis* tam *praelectiones osteologicas*, iunctis *demonstrationibus anatomicis*, quam *praeparationes* etiam incipiet.

IO. PETR. EBERHARD h. II-III. *Pathologiam* docebit, & *clinicas* scholas cum selecto comilitonum numero instituet. Reliquae Praelectiones erunt Philosophicae.

F. C. IVNCKER *publicis* suis lectionibus *Semeiologiam* destinauit. *Privatim* hora XI-XII. Therapiam generalem exponet, hora II-III. in *Compendium* Materiae medicae commentabitur, hora V-VI. Physiologiam explicabit. *Privatissime* hora IX-X. consueto more prouectiores in praxi Medico-Clinica exercebit.

## P H I L O S O P H I C A E.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, praeter lectiones theologicas supra indicatas, hora III. a meridie doctrinam de accentibus Ebraeorum, ad ductum libelli a filio suo editi, sub titulo *Anfangsgründe der hebraeischen Accentuation*, illustrabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publice* illam explanabit *Physices* partem, quae *Meteora* complectitur; *privatim* autem commentabitur in WALLERII *Mineralogiam*, dies.



diesque ac horas, praelectionibus hisce destinandas, consueto tempore seorsim indicabit.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per instans semestre hibernum 1) *Metaphysicam* ad ductum perillustri WOLFFII tradet; 2) *Acta Apostolica, & epistolas Paulinas, ad Romanos, ad Corinthios* atque ad *Ebraeos* copiosissimis obseruationibus Philologicis illustrabit; reliquas etiam additurus, si temporis ratio permiserit: denique 3) *Psalterium liberum* ex fonte ebraico interpretabitur.

GEOG. FRID. MEIER interpretabitur hor. IX-X. *Ethicam philosophicam* celeb. BAVMGARTEN, X-XI. *Ius Naturae*, II-III. *Logicam* ad ductum Compendii sui, & priuatissime forsitan *Aestheticam* h. III-IV.

CHRISTIANVS WEBER per semestre hibernum 1) *Metaphysicam* Perillust. L. B. de WOLFF. 2) *eiusdem Ius naturae & gentium*, & 3) *Logicam* b. CORVINI docebit.

### EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN perget in tradenda *Theologia morali*; cuius partem alteram ad ordinem breuiarii Walchiani hac hieme pertractare constituit. Praeterea scholas exegeticas habebit in *utranque ad Timotheum epistolam*, ac praeter continuandam locorum theologicorum *disputationem*, selecta fidei christianae capita *examinando* repetet.

D. IO. FRIDERICVS IOACHIM *Historiam Imperii Germanici & Historiam Vniuersalem Regionum Europae*, ad ductum compendiorum suorum, praeleget: quorum laborum horas & initium iusto tempore e valuis publicis indicabit.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAULI ad SCHMAYSSII *historisches Ius Publicum Historiam I. R. G.* hor. III. & ad Illustr. GEBAVERI *Grundriss Historiam Vniuersalem* explicabit hor. IV. Nec deerit iis, qui *Notitiam Statisticam Germaniae Generalis* hora pomeridiana priuatissime tractandam desiderabunt.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE, 1) hor. XI-XII. HEINECCI *Elementa Iuris Civilis secundum ordinem Institutionum adornata* interpretabitur. 2) Hor. III-IV. *Collegium practicum elaboratorium* ad ductum b. PARENTIS *Anleitung zum gerichtlichen Proceß* aperiet.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hybernum *Differencias Seminum & capsularum Seminalium* publica tractatione die Saturni hora X-XI. explicabit. Priuatim autem *Physiologiam & Pathologiam* docebit. Initium harum lectionum ex valuis erit indicandum.

D. FRIDERICVS LEBERECHE SVPRIAN oculorum adfectus publice praeleget; priuatim autem *physiologiam & pathologiam* generalem ad SCHVETZII ductum pertractabit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS collegia sua *epistolica & oratoria*, pro more suo, continuabit partim, partim redintegrabit, iuxta ac *linguae latinae fundamenta* tradet; nec deerit iis, qui seorsim *epistolas, orationes, carmina* aliaque *scripta* tempestiue ab eo desiderabunt. Paxit Deus felicit.


IO. PETR. EBERHARD, h. IX-X. docebit *Mathesin applicatam*, hor. X-XI. *Mathesin puram*, & denique h. I-II. *Physicam*, ad ductum proprii compendii.

F. W. ELLENBERGER prolam orationem aequae ac poësin secundum generales & speciales proprietates duce BASEDOS *Lehrbuch der profanischen und poetischen Wohlredenheit* hora V-VI. explanabit. Deinde cum *linguae hebraicae* studiosis tam in nonnullos prophetas minores, quos ex tabula publica determinabit, criticè & grammaticè hora III-IV, quam in librum *Cobelech* & *proverbia Salomonis* cursorie hora II-III. ineumbet. Accentuum quoque *hebraicorum doctrinam* diebus Martis & Iouis hora I-II. publice tradet. Denique *Theologiam Naturalem* cum discrimine a Christiana addita *polemica* cum intellecturis priuatissime hora VIII-IX. communicabit. Socialis ille nexus inter elegantiorum literarum deditos tam hic commorantium, quam absentium sodalium conuentu, die Sabbati hora III-IV. ordinario continuando, roborabitur.











(39)

# CONSPECTVS LABORVM

QVOS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE HIBERNVM

IN  
STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONEM  
IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO  
IOANNE IOACHIMO LANGE,

MATHESEOS ET PHILOSOPHIAE PROFESSORE PVBL. ORDINARIO,  
ACADEM. CAESAR. NATVR. CVRIOS. ET REGIAE BEROLINENS. SCIENT. SODALI



P. P. D. XXVII. SEP



HALAE MAGDEBVRG. LITT

